



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Fit regius Concionator.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

bant. Hinc maxima mali labes in eas inuasitoras, dum per Pastorum inopiam impunè lupi grafsantur. Inuitauit Ferdinandus Patres per literas *Austriam peragrat Evangelizans.* Græcio datas in eunte anno 1553. vt orbos greges vellent inuisere, sacramentorumque, & verbi diuini pabulo recreare. Canisius eam sibi maximè prouinciam depoposcit, quod vnu omnium optimè linguam gentium nosset. Hanc prætexebat causam ærumnarum cupidini. Egressus igitur per obsepta gelu ; & altis obruta niuibus vadebat loca, circumferens diuina plebi solatia. Mirabantur homines tantam caritatem, atque patientiam, & animum inuictum, quo non modò iniurias temporum, sed barbarem sæpe hæreticorum, aliorumque petulantiam volens, libensque exhaudiebat. Maximam sacri eiunij partem in pascendis agrestium animis studiose, fortiterq; consumpsit, multo plū consumpturus, nisi urbani labores Viennam retraherent.

Interim Viennensis Episcopus, Fridericus *Fit regius Concionator.* Nausea, idemque regius concionator è vita decepit: & Canisio ille ad ceteros laboraccedit, vt ab ipso Rege Ferdinando à concionibus assumatur. Altero Pentecostes die dicendi fecit initium. Non  
K potuit

potuit magis probari Ferdinando; tamen optimus Princeps priuato studio suo commoditatem anteponens publicam, ita salubrem populo universo facundiam noluit Aulæ septis includi, & nico alligari suggero. Iussum itaque in templo principe ad multitudinem, quæ frequentissim confluebat, ordinarias conciones habere, idem ad se extra ordinem aduocabat: vnde Canisio labor geminabatur. Quibus enim diebus (ne infrequentes erant) aduocabatur, iis præcolaboriosus ne populum fraudaret, vix vna dictio perfunctus, progrediebatur ad alteram: deinceps que apud Regem, & apud populum euangelio personabat tuba: vnde eius quoque caritas apud bonos; & apud omnes nomen increbrescebat: illud quoque mirantes, qui nam vires non modo corporis, sed & ingenij, & iudicij ad meditanda eodem tempore tam diuersi generis disputationes sufficerent, ut grauissimæ illic Curiæ, hic populari concioni summopere probaretur. Dabat autem utrobiq; ille operam, ut recte sentientium iuxta corrigeret mores, ac delirantium Hæretorum dolos, ac fraudes redargueret. Et quoniam ex despiciencia Apostolicæ sedis, Romaniq; Pontificis

*Eodemq; die  
C ad Regem,  
C ad Popu-  
lam dicit.*

